dela Libreria del Rl. Colo. de la Compa. de Ihs de Salca.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

PHILIPPO IV.
HISPANIARVM
ET
INDIARVM
REGI.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y UNIVERSITARIA SALAMANCA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

LEGATI ſimulacrum, hiſce lineis & coloribus adumbratum, MAIESTATI TVAE ſiſto conſecróque, ô DESIDERIVM GENERIS HVMANI, qui longè illuſtriſsimas

FREDERICI DE MARSELAER EQVITIS

LEGATVS.

LIBER PRIMVS.

DISSERTATIO I.

Imperium & Adminiſtratio.

VNVM inter omnes eminere, magnum eſt: ab vno regi plures, quodammodò diuinum. Illud, nomine & ſplendore Principis; hoc, ingenio & imperio continetur. Nomen quidem ſplendorque, fortunę; ingenium imperiumque, ſapientiæ opus eſt. Sed vtrumque etſi partim magnitudine, partim diuinitate eximium; auxilio atque miniſterio indiget. Sic toti naturæ, Solis iubar ſufficit: & plura tamen ſidera tantum excipiunt lumen ac diſpenſant, diſpari gradu, virtute, munere. Deus ipſe quo nihil eſt maius, ſine quo nihil eſt omnino magnum, dum poteſt omnia, non omnia tamen per ſe agit: naturâ tamquam miniſtrâ, & rerum cauſis ſecundis, tamquam inſtrumentis decretorum ſuorum vtitur, ad conſeruationem, ordinem & ornatum vniuerſi. Princeps quiſquis eſt, hominibus impe-

FREDERICI DE MARSELAER EQVITIS LEGATVS.

LIBER SECVNDVS.

DISSERTATIO I.

Legationum diſcrimen.

LEGATVM eſſe, illuſtre munus; agere, perneceſſarium. Quî ſit, ſiue corpus, ſiue animum, ſiue fortunam ſpectes, oſtendi. Quî agat, nunc declaro, & à diſcrimine ordior.

Res quæ à Legatis tractantur, vel ſacræ ſiue Eccleſiaſticæ, vel profanæ ſiue Politicæ, vel denique mixtæ: & ſic quoque Legationes dictæ atque diſtinctæ ſunt. Sacræ quidem, quæ Religionem aut Eccleſiaſticam iuriſdictionem cognitionemq́ue concernunt; & ad has ferè Sacerdotes, Antiſtites, Præſuleſq́ue aſſumuntur. Profanæ, quæ auctoritate profanâ conſtant, & Principis vel Reipublicæ cauſâ. Diſtingui autem à ſacris profanæ debuerunt; partim, vt ſuam vtræque dignitatem haberent; partim, vt quiſque quarum maximè rerum peritus eſſet & intelligens, Legatus quoque fieret. Quæ mixtæ verò ſunt,

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA PLANTINIANA

BALTHASARIS MORETI.

M. DC. XXVI.